Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

163 130

DA nobis eterne consolacionis pat p bti Galli confessoris
Galli confessoris tui preces patere et salutem mentis et cor
poris ut tuis tota dilectione inhereamus preceptis et que ti
placita sunt tota virtute perficiamus. P. Marthe hospite xpi
OMnipotens mitissime deus cuius filius in ede bte Marthe hospitari
dignatus es da qs ut eius meritis qui illum placide suscepit in ede
polorum misericorditer hospitari valeamus. P. luce ewangeliste
FRatres salutat vos lucas medicus carissimus cuius laus est
in ewangelio per omnes ecclesias Aliud Qui altari ministrant
de altari participantur ita et dns ordinavit hys qui ewangelium
annunciant de ewangelio vivere Al' Cibavit illum do
minus pane vite et intellectus et aqua sapientie salutaris potavit
illum Oro Int INtervemiat pro nobis qs dne sanctus tuus
lucas ewangelista qui crucis mortificacionem iugiter in suo corpore
pro tui nominis honore portavit. P. Undecim milium virginum
ECce ego Johannes vidi et audivi vocem angelorum multorum
in circuitu throni et animalium et seniorum et erat numerus
eorum milia milium Aliud Hy sunt qui venerunt ex magna
tribulacione et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas
in sanguine agni ideo sunt ante thronum dei die ac nocte Aliud
Amplius non esurient neque sitient ultra quoniam agnus qui in medio
throni est reget illos et deducet illos ad vite fontes aquarum
et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum al' De virginibus
preceptum ut di. Deus qui dignis sacratisque virginibus mi
randi agonis robur indidisti quo per martyrii palmam ad superna
pertingerent gloriam da nobis qs earum intercessionibus adiuvari
qs hodierna die transcenso mortis stadio tribuisti in celestibus
DEus qui nos bti Severini Severini epi triumphare p
confessoris tui atque pontificis diem natalicium celebrare